Universitätsbibliothek Paderborn

Unitas Dogmatica & Politica In qua agitur de Reformatione, hoc tempore attentata in Belgio

[S.l.], 1679

Druckerlaubnis

urn:nbn:de:hbz:466:1-42497

que decretum SS. D. N. Alexandri VII. datum anno 1664. 15. kal. Martii, ubi & formula abjurationis habetur. Unde pro pace publica rogatur Sereniſsima ſua Celſitudo, quatenus manum admovere dignetur ne Novitates Belgium turbare pergant: notum Cel. V. Belgium Belgarumq; pro Fide, B. V. MARIA, Summo Pontifice, Regia Sua Majeſtate zelus ſincerus, ex quo & gratias agit prædictæ Suæ Majeſtati, quod deſignaverit pro Sede Epiſcopali Antverpienſium R*mum* & Ill*mum* D. *Ioan. Ferdinandum van Beugem*, Virum pacificum & doctum, Patrem communem (ut ex nunc nobis virtutes ejus affirmant) verum animarum noſtrarum Epiſcopum, B. V. MARIÆ devotiſsimum, Summo Pontifici Regique fideliſsimum, antiquitatis Patronum, pauperum Patrem, &c. Sperans quod ſeſe inſtar muri hæreticis (qui nos circumſtant) & Novatoribus ſeſe opponet; advolvitur ergo pedibus veſtris Belgium, humillimè ſupplicans, quatenus Novitatibus finis imponatur, & S. Sedis authoritas, B. V. MARIÆ cultus, &c. defendatur, & obedientia ſtabiliatur erga Monarcham noſtrum CAROLUM II. (cui Deus & toti Domui Auſtriacæ benedicere dignetur) ſicque Pax reſtituatur, quod faciendo, &c.

Vidit & Approbavit F. A. L. C.
Act. 12. *Iulij* 1679.